Incipit cauſa tercia.

Quidam epiſcopus a ꝓpria ſede deiectꝰ eſt. petit reſtitui poſt reſtitucõez ducit in cãz. inducias poſtulat. Tãdẽ ad eiꝰ accuſacõez ꝓcedit q̃dã nõ legitie ꝯiũctus. ⁊ duo īfames. ⁊ tres religioſi. accuſatores teſtes de domo ſua ꝓducũt. ⁊ alios ſibi inimicos ex̃ ſuã ꝓuīciã reus crimĩoſo iudici offert ab vno tãtũ audiẽdꝰ ⁊ iudicãdus. Quidã vero de accuſatoribꝫ et teſtibꝫ abſentes. illum ꝑ epl̃am accuſare et in eũ teſtificari ꝯtendunt. cũ multa capitula ei obicerentur in ꝓ̃mo accuſatores deficiũt. demũ accuſatio in accuſatorẽ vertit̃. ¶ Hic ꝓ̃mũ queritur. an reſtitucõ danda ſit quibuſlibet ſpoliatis. ¶ Secũdo. de inducijs an poſt reſtitucõnem tm̃ an etiã poſt vocacõnẽ ad cãm quibuſlibet ꝯcedẽde ſint. ¶ Tercõ quo ſpacio mẽſium vtriq; ſint ꝯcedende. ¶ Quarto. an infames et non legitime cõiuncti ad accuſacõnem ſint admittẽdi. ¶ Quinto. an teſtes de domo accuſatoꝝ ſint ꝓducendi. vel inimicoꝝ vox ſit audienda. ¶ Sexto. an extra ꝓuinciam reus ſit ꝓducẽdus. ¶ Septimo. an ſit audiẽda eius ſententia qm̃ cũ reo par inficit macula. ¶ Octauo an ab vno tãtũ ep̃s ſit audiendus vel iudicandus.

¶ Nono. an accuſatores vel teſtes in abſentẽ vocem accuſacõis vel teſtificacõis exhibere valeãt ¶ Decimo. an deficiẽtes in ꝓ̃mo caplõ ſint admittẽdi ad ſequẽtia. ¶ Vndecimo an accuſato liceat accuſacõnem in accuſatorẽ vertẽ vel nõ

Q. I.

Quod reſtitucõ quibuſlibet danda ſit. multis auctoritatibus probatur. ¶ Ait .n. iginus papa.

Expoliatis vel eiectis omnia ſunt reintegranda.

Epiſcopis rebꝫ ſuis expoliatis vel a ꝓpijs ſedibꝫ eiectis oĩa q̃ eis ablata ſũt legibꝫ ſũt reintegranda. quia priuſq̃ hoc factum fuerit nullũ crimẽ eis obici poteſt. ¶ Itez Fabianus papa. ¶ De eodem.

Epiſcopi ſi a ꝓprijs ſedibꝰ aut eccĩa ſine auct̃e romani põtificis expulſi vel eiecti fuerit. anteq̃ ad ſinodũ vocentur ꝓrius locus et ſua oĩa eis reintegrãda ſũt. Nulla enim racõ ꝑmittit dum ad tempus eoꝝ bona vel eccleſie atq; res ab emulis aut a quibuſcũq; detinentur. ut aliq̃d illis obici debeat. nec quicquã ꝓ̃t eis quilibet maiorum vel minoꝝ obicere. dũ ſuis eccleſijs vel rebus vel poteſtatibꝫ carent. ¶ Sed notandũ qđ reſtitucõnis ſententia ſola nõ ſufficit niſi ꝓ̃ſentialit̃ omnia iudicis officio reſtituantur. vt eiectus vel expoliatus etiã naturalem poſſeſſionẽ recipiat. ſiue animo ſuo ⁊ corpore alieno veluti ꝑ ꝓcuratorẽ ſiue animo ⁊ corpore ſuo cũcta q̃ꝫ q̃ ſibi ablata fuerint quacũq; condicõne in eodẽ loco vnde ſubrepta fuerant ſunt reuocanda. ¶ Vnde ioh̃. vrbis rome ep̃s. ſcribit zacharie archiepiſcopo. ¶ De eodem.

Reintegrãda ſũt oĩa expoliatis vel eiectis ep̃is ꝓ̃ſentialit̃ ordinacõe põtificis et in eo loco vñ abceſſerant funditus reuocanda. quacunq; condicõne temporis aut

---

Quod reſtitutio. hic agitur an ſpoliatus ſit reſtituendus. ſed. s. ꝓx. c. q. ij. agebatur an ſpoliatus eſſet in ius vocandus. ẽ aũt regulare qđ ſpoliatꝰ ab alio q̃ a iudice. vel etiam ſi a iudice ẽ ſpoliatus ſine ordine iur̃ ſꝑ ſtati ẽ reſtituẽdꝰ non obſtãte excepcõne alicuius criminis vel nõ canoĩce inſtitucõis. vt extra de reſti. ſpol. in l̃ris. et. c. item cũ quis. ⁊. c. cõquerẽte. ⁊. vi. q. iij. denique fallit in caſibꝫ hic notatis. Intruſio. ſ. qñ aliquis occupauit ſedem apoſtolicã violẽter vt. ĩ. c. §. patet. ſꝫ hꝰ ẽ ſpãle in ꝓ̃pa. dilapidacõ. vt. ĩ. q. ij. quia ea. ſed hꝰ hodie non tenet q̃ nõ ẽ ſpoliandꝰ aliquis ñ probata ſuſpicõe. vt extra de ſy. licet. criminis enormitas. vt. ij. q. v. ſup cauſa. infamia et criminis euidentia. vt. ij. q. v. ꝓ̃ſbr ſi. et. q. i. ſcelus. et. q. i. manifeſta. Itẽ crimẽ ſymonie. vt ex̃ de ſymo. accuſatũ. ⁊. c. tanta. cõtumacia. vt. iij. q. ix. decernimus. ſcandalum. vt. iij. q. vi. hꝰ quippe. fornicacõ notoria. ex̃ de diuor. ſigſicaſti. Itẽ cũ reus ẽ abſens. ex̃ d̃ off. iudi. del. Itẽ cũ in ꝯtinenti deiecit. ex̃ d̃ reſti. ſpol. cũ olim. Itẽ cũ ſpoliacõ ẽ ꝓbata ĩmodũ excepcõnis. ex̃ d̃ ordi. cogni. cũ dilectꝰ. Itẽ ſꝫm quoſdã cũ ĩ ꝯtinẽti ſpoliator vult ꝓbare excepcõnem. vt ex̃ de reſti. ſpo. l̃ras. ff. ad exhibẽdũ. l. iij. §. ibidem. Item cũ a muliere obicitur ſeuicia viri. vt ext̃ de reſtitu. ſpo. ex trãſmiſſa. Itẽ ĩ caũ que hẽs ex̃ de diuor. gaudemꝰ. in fi. Itẽ excepcõ rei iudicate. vt. ij. q. vi. §. diffinitiua. Item excepcõ iuriurãdi vel pacti ſecundũ quoſdã. vt extra de reſti. ſpo. accepta. et. c. ſollicite. Itẽ ſi ſub ꝯdicõe poſſedit. extra de reſti. ſpo. olim. Itẽ ſi ex gratiã ul̃ ꝓ̃cario poſſedit ĩ. x. q. iij. quia cognouimꝰ. ex̃ de exceſ. ꝓ̃la. cũ ad quotundam. Itẽ ſi poſſedit vt colonꝰ. ff. de vi et vi ar. cũ fundus. hoc aũt ſcias q̃ quatuor ſũt auxilia ꝓdita per que petitur reſtitucõ. actio. interdictũ. ꝯdicõ ex canone. iudicis officiũ. actõne petitur reſtitucõ. vt actõne q̃ metus cauſa datur reſtitutio ꝯtra quemlibet poſſeſſorem. ff. q̃ metus cauſa. metum. §. volenti. Item actione de dolo petitur reſtitucõ ⁊ ꝑ illã nõ ſit r̃ſtitucõ niſi ꝯtra illũ q̃ dolũ fecit. ff. de dolo. l. ſi ꝓ̃les. Itẽ interdcm̃ r̃ſtitucõ dat̃ ꝯtra illũ ſolũ qui vim fecit vt ex̃ de reſti. ſpo. cũ ad ſedẽ. in ſi. ꝑ ꝯdicõnẽ ex canone datur reſtitucõ ꝯtra quẽlibet poſſeſſorẽ. vt ex̃ de ap. bone. et. ĩ. e. reintegranda. Itẽ ꝑ iudicis officiũ petitur reſtitucõ cũ aliq̃s ꝓpter abſentiam ꝑdit rem ſuam de qua agitur. ff. ex quibꝫ cau. ma. l. i. et illa poteſt agi contra quemlibet poſſeſſorem. xvi. q. iij. porro.

Epiſcopis omnia etiã depoſita. vt. ff. depoſiti. l. i. §. q̃ aũt ⁊. ff. d̃ vi ⁊ vi ar. l. i. §. qđ autẽ. et. §. ſepe. ¶ Nullũ c̃men a ſpoliatore. ul̃ gñaliter a nullo cũ ſit inermis. vt. ĩ. e. q. ij. oportet. ¶ Nullũ crimen ꝓ quo fuer̃t ſpoliati ſꝫm hugo. ul̃ nec illud nec aliud ꝓ̃t obici a ſpoliatore. ij. q. ij. in ſcꝓ̃turis. et. c. nullus. ſꝫ mirũ ẽ ſi aliꝰ nõ ꝓ̃t eũ d̃ c̃mine illo accuſare. vt. ĩ. q. ij. cũ eccĩe. ⁊. c. ꝓx. cũ res inter alios acta alijs nõ ꝓ̃iudicet. Itẽ nũq̃d ſpoliator ꝓ̃t eũ accuſare poſtq̃ eſt reſtitutus ar. qđ nõ ex̃ de reſti. ſpol. Itẽ cũ q̃s ar. ꝯtra q̃ poſſit ſaltẽ ciuilit̃. ĩ. e. q. ij. audiui. Epiſcopi mꝰ obici. ſi tñ ſpoliatus velit agẽ ꝯt̃ ſpoliatorẽ r̃ꝯuenire ꝓ̃t ab eo vt ar. ff. d̃ iud. l. ij. §. itẽ. ſꝫ hꝰ verũ ẽ cũ nõ agit d̃ ſpoliatis. extra d̃ ordi. cog. cũ dilcũs. et melius in. c. fi. ꝓ̃t etiã eũ recõuenire de alio ſpolio. ext̃ de reſti. ſpo. c. vl. ¶ Obicere. q̃d ſi nũq̃ velit petere reſtitucõz vt ſic ñ puniat̃ de crimine ꝓ quo ẽ ſpoliatus cũ tñ inde g̃uiorẽ penaz mereretur. dicerẽ q̃ in tali caſu bñ poſſit accuſare ãte r̃ſtitucõz ne frauſ ſit ei lucroſa ar. extra d̃ iudi. intelleximus. ⁊. xi. q. iij. ꝓ̃uilegiũ. ſꝫ ſi minorem penam de illo crimine mereret̃ tũc nõ ẽ accuſandus de illo c̃mine cum ſatis ſit punitus. ar. ij. q. vi. §. ſi q̃s ex ꝓ̃ſbꝫ. dic tempus prefigendum. vt extra de reſti. ſpol. frequens. li. vi.

¶ Sed notandũ. naturalẽ. nec ſufficit dare pignora ex̃ de ſen. et re iudi. cum aliq̃bꝫ. ſiſt̃ in pretorium pignꝰ ẽ q̃s corpalit̃ mittendus. ff. de pig. ac. non eſt mirum. ſecus in ꝯuentionali. ff. e. l. i.

Reintegranda. et eo loco. etiam vltra mare et ſũt reuocanda ſũptibus ſpoliatoris. ff. de rei vendi. ſi vero.

captiuitate aut dolo aut violentia maioꝝ et per quaſcunqꝫ cauſas in= iuſtas res eccleſie aut ꝓprias id eſt ſuas ſb̄as ꝑdidiſſe noſcūtur· ¶ Itē euſebius aplīce ſedis epiſcopus om nibus epiſcopis· ¶ De eodem·

Redintegrāda ſunt omnia ſpo= liatis vel eiectis epīs ꝛc̄· vſqꝫ fūditus reuocāda eodē modo vt ſup̄ ¶ Itē allexāder p̄pa·

**Nō ē ſacdos ſꝫ ſciſmaticus ꝗ fratrū ſe ſb̄thit obſequio**

Nulli dubiū ē qꝛ boni a malis ſp ꝑſecūt̄ ⁊ tribu lantur ꝓpter qd̄ nos oportet hūili= ari ſub potenti manu dei vt liberet nos in tēpore tribulacōnis· nam et diabolus nō ceſſat circuire querens quē deuoret et querere quos ex fide libus perdat·et maxime illos quos ardentiores in ſeruicio ſaluatoris ei qꝫ familiares inuenerit· Familiares dico eos quos ſacrari et in ordine apoſtolatus deus conſtitui voluit·ip ſi enim pro populo interpellant et peccata populi ɔmedunt quia ſuis p̄cibus et oblacōnibꝫ ea delent atqꝫ ɔſumūt· Et infra· qui aūt ex veſtro fuerit collegio et ab auxilio veſtro ſe ſb̄traxerit magis ſciſmaticus qd̄ ſacerdos eſſe probatur· Ecce inquit ꝓph̄a quā bonū et quā iocundū ha bitare frates in vnū· Illi vero non habitāt in vnū qui fratrum ſe ſola cio ſubtrahūt· aut qd̄ deterius eſt fratribus inſidias aut laqueos po= nunt·et infra· dn̄m crucifigūt qui eum in ſacerdotibꝫ ſuis perſecuntur qꝛ crux a cruciatu dicitur·magnū vero cruciatū ſuſtinet qui vim pati tur· ¶ Itē fabianus papa·

**Excōmunicētur ꝗ opprobriū et calumniā inferūt ſacdotibꝫ**

Deus ergo fratres ad hoc preordinauit vos et omnes ꝗ ſūmo ſacdotio fun= gūtur·ut iniuſticias remoueatis et p̄ſūpcōnes abſcidatis·et in ſacerdo tio laborātibꝫ ſuccurratis· et oppro brijs et calamitatibꝫ eoꝝ locū non p̄beatis ſꝫ ei ꝗ calūniā vel opprobriū patit̄ adiutoriū feratis· Illū vero ꝗ calūniā vel opprobriū facit abſcida tis·et dn̄o in ſuis ſacdotibꝫ opē fera tis· ¶ Patet ergo ꝙ expoliati p̄us ſūt p̄ntialit̄ reſtituēdi āteꝗ̄ ad cāꝫ ſint vocādi· Sꝫ obicit̄ illd̄· vbi nō fu it legitia inſtō ibi nec p̄t eſſe reſtō· nō em̄ ꝓbatur deſtitutus qui p̄us n̄ fuit inſtitutus·ac p h̄ nec reſtaura tionē poſtulaē p̄t· Illi ergo quoꝝ e lectō violoſa eſt vel ꝗ a clero nō ſūt eici vel a ꝓplo expetiti vel qui p ſymo niā irrepſerīt·nō ſūt hn̄di int̄ epos· et ideo ſi a ſedibꝫ q̄s tenē videbant̄ expulſi fuerint·nō p̄nt reſtōem petē anteꝗ̄ vocētur ad cām· Vnde ſup̄ in tractatu ordinādoꝝ· Si ꝗs pecūia vel grā hūana ſeu ſclari vel militari tumultu ꝛc̄· Sꝫ hoc in eo tm̄ caſu in telligit̄ quo aplīca ſedes p violenti am occupat̄ ꝗ caſu iudex nō iuenit̄ cuius officio ille apoſtaticus poſſit excludi· In alijs aūt locū nō hꝫ· cū violēta poſſeſſio niſi p iudicis ſniam violēto detētatori detrahi nō poſſit Si aūt verus dn̄s bello nō ɔtinuato ſꝫ renouato vi illū de poſſeſſione eiece rit·iudicis auc̄te predoni poſſeſſio= nē reſtituet· Si ergo epi a ſedibꝫ q̄ſ quoꝗ mō tenē videbant̄·non p iudi cē ſꝫ violēter eiecti fuerint·poſt eie ctionē reſtituēdi ſūt ante regularē ad ſinodū vocationē· **Q II**

De inducijs autem poſt re= ſtitutionem preſtandis· et quo ſpacio tp̄is conceden de ſint ſcribit iohēs p̄pa dicens·

**Secundū tempus expoliationis cō ceduntur inducie reſtōnis·**

Quanto tp̄e expoliati vel expul ſi eſſe videbātur·anteꝗ̄ ad ſynoduꝫ ɔuocentur·ſub eodē tp̄is ſpacio eis īducie īdulgeāt̄ ¶ Itē pelagi9 p̄pa·

**Dū poſſeſſiōes et res epi detinetur aliquid ſibi obici non poteſt·Rub·**

Cum eccīe alicui9 epi aut poſ= ſeſſiōes vel res ab emulis eius vel a ꝗbuſcunqꝫ alijs non ſua ſponte detinentur aliquid illi non debet aut

a ¶ Captiuitate·ꝗ·xvi·q·iij·porro·et·c·p̄cedēti· ɔablatū infra annum

b ¶ Captiuitate·Si em̄ p vim aliq̄d extortū ē ul'= p̄t agē ɔ̄ dicctorē in quadruplū poſt ānū et ſimplū·ff·de vi et vi ar·l·i·ſed ſi p metū eſt extortū aliq̄d tūc ɔtra omnē poſſeſſorē agit infra annū in quadrupluꝫ cū non vult reſtituere·ff·ꝙ me·ca·ſi cum excepcōne·§·i·et·ij·et·iij·

c ¶ Aut dolo·et tunc vſqꝫ ad biennium poteſt ɔueniri qui dolum con mittit·vt·C·ꝺ do lo·l·vlti·ſed per petuo poteſt con= ueniri actione in factū de eo ꝙ ad eum ꝑuenit·vel ſi dolo facit quo mi nus ad eum per= ueniret·vt·ff·de dolo·in herede·et iii·l·eatenus·et·l· dolo ve eius fcm̄· cū autē canon eq̄= paret dolū metu i violentiā videtur ꝙ cōdicōne ex h̄ canone quilibet poſſidens poſſit cō ueniri ar· ad h̄ ex̄ ꝺ iudi·quia·extra de tranſac·veniēs extra de empti· et ven·ꝑuenit·extra vt lite pen·eccīa· et de ap·bone· et eſt expſſum ex̄ de reſt·ſpo·ſepe·

d ¶ Aut dolo·ar· ꝙ reſtituendus ſit qui dolo ſuo iuri renūciat·vt·ꝗ·xv· ·q·vi·c·i·et·ꝗ·xxx ·q·i·dictum·et·C de inoffi·teſta· cū qui·i·Ren·extra ꝺ hijs ꝗ vi me·cā· ſi·cum dilectus· ɔtra·et·xx·q·iij· conſtituit·ɔtra

Nulli· veſtro ar·ꝙ quilibꝫ teneetur p̄ſociniū pro ſua eccleſia p̄ ſtare·xci·di·ſi im pator·et ſi contra eccleſiā ſuā p̄ſtā= ret priuādus eſſꝫ eo quod habet ab ea vt·ꝗ·q·vij·c·i· ·C·locati·Milites et eſt expreſſum extra de poſtu·c· vltimo·b·

f ¶ Auxilio· epi ſibi inuicē debent p̄ſtare auxilium vt·s·di·xc·p̄cipi9 et ideo inducit h̄ capitulum ſcilicet qd̄ ſemp ſit ſubue mendū ſpoliatis·

g ¶ Patet·ſi quis pecunia· ſup̄·di· lxxix·ſi quis pe= cuniam·hoc tamē ibi non dicitur ſed melius poſſet in= duci·qd̄ eſt·xxiij· di·in nomine·vbi nulla ei audientia datur·de illo inue nies argumēta·xiiij·q·i·in princi·et in ſumma·

h ¶ Non ɔtinuato·id eſt ſi non interponitur actus ɔtrarius·ff·ꝺ teſta· heredes palam·§·ſi·

i ¶ Vel ɔtinuato·cū p̄imū potuerit·ff·ad tertul'·l·ij·§·confeſtim

De inducijs·q̄nqꝫ ſūt gn̄a induciaꝝ·reſtitutorie p̄paratorie ci tatorie deliberatorie·iudicatorie ſiue executorie·in cā c̄minali reſtitutorie nō erunt minores ſex mēſibꝫ nec maiores āno ⁊ habēt locū ante vocacōnē in ius in cauſa criminali·ꝗ·e·eiectis· vel ve rius eſt quod ſint arbitrarie·vt·ꝗ·e·ſi epiſcopus·citatorie erunt vni= us vel duoꝝ vel trium menſium· vt·iij·q·v·c·i· et ·v·q·i·j·c·i·et ha bent locuꝫ poſt ci tationem et con= teſtationem· Ille autem que haben tur·v·q·ij·c·p̄ſeti ſunt pænales ad iectōnes de quibꝫ mentiūtur quidaꝫ ꝙ ſunt clericoꝝ mīnoꝝ ul' laicoꝝ tamen ar· eſt pro eis·xv·q·vij·ſi au tem·alie ſūt preſ biteroꝝ vel diaco noꝝ vt dicunt q̄/ dam· p̄paratorie erunt anni et di= midij vel vnius ā ni vel ſex menſi= um·vt·ꝗ·e·q·iij· de inducijs·et hee dantur ante litis cōteſtacōnem· vt ·v·q·ij·ſi prima= tes· In ciuili autē cauſa ſunt inducie d'liberatorie vigīti dieꝝ·vt·ꝗ·e·q·iij offerat̄·citatorie triginta dieꝝ·in auten·de litigi·§· omnem·et per tri num edictum· vt ·xxiij·q·iij·de illi cita· iudicatorie· quatuor menſium que dantur iudica tis·ut·extra ꝺ off· del'·querēti·in cri mīali non dantur· deliberatorie qꝛ certus debet eſſe reus vtrum velit crimen conf iteri aut negare cum ſciat ſe eē reū ul' non· Item nec iu dicatorie dantur quia ibi pena non differtur niſi in ca ſibus·vt·xi·q·iij· cum apud·

Quanto· idē quali· id eſt ſi longo tempore fuit ſpoliatus lon go tempore erit r̄ ſtitutus·ſi·xc·di· ſi quis monachus in ſi·

Cum eccleſie ſponte·ar·ꝙ ſpo= liatus ſuo iuri po teſt renunciare· ar·contra extra de reſtitu·ſpoli·ſolli cite·

Oportet·nudi·ecce ratio canonis quare ſpoliatus non tenetur re ſpōdere·et eſt forte ideo ſtatutum quia cum eſt ſpoliatus non poteſt ſufficere ad ſumptus iudiciales nec inuenit homines ꝺco

fauorabiles et p h̄ vid̄r q̄ nec ſpoliatori nec alij teneatur rñdere ſup aliquo q̄d ei obicitur ar·s·e·cū eccīe·et·s·q·ꝓxima·c·ij·Jtē vid̄r q̄ ſi modicū ei eſſet ablatū q̄ tūc cuilibet et ꝓ qualibet cā teneatur re ſpōdē·dic vt ex̄ de reſti·ſpol'·frequens·li·vi· ꝯemulis·aliter eñ nō

a Ꝯdiuum9·infamatos·de facto vel ab= reſtituerentur ſi eſſent infames·ij·q·v·preſbiter· b Quia alibi·s·di·lxxx·epiſcopi·

c habuēitis·ſʒ quam poſſunt ha bere querelā·cri= minalē non poſſunt cū ſunt inimici·ex de reſti·ſpol'·Jtē cū quis·nō ciuilē q̄r ceciderūt a iur̄ ſuo·xvi·q·vi·pla cuit forte loquit᷑ de hijs qui ſuā in iuriā ꝓſequntur· vt·iiij·q·vi·omni bus·vel in ciuili a gendo de alijs·

d Eiectis·anni= uerſarie·ad plus·

e Vel ſex men= ſium·ad minus

f Si eps·detē= cōe ſi detines me ne poſſim in= trare poſſeſſionē competit michi in terdictum·vnde vi·ff·ne vis fiat ei qui in poſ·mit· ·l·i·§·ſiue autē·et xcij·di·ſi quis·et in cōſtit·extra de reſti·ſpoli·ſepe

g Couocari·ſed nūquid veniet al legare ꝑuilegiū ut ex̄ d̄ ap·cū pati et·c·ſi duob·ſed nō·cū ꝯſtat eū eē ſpoliatū·ſic·ff·de peculio·eo·tēpe· Scias ergo q̄ vbi euidēs ē citacōem non tenē reus non tenetur venire eē ad allegandū pri uilegiū·ſcias ḡ q̄ qñq̄ citatio non valet quia intra anguſta tempora fit vt·v·q·ij·c·ut qñq̄ nō valet q̄a nō exprimitur cau ſa quare fiat cita cō·vt·v·q·ij·c·ul qñq̄ non valet q̄r nimis maturatur ꝑemptoriū·vt ex̄ d̄ dila·dilecti·qñq̄ nō valet citatio ra cōe tpis vt ſi fiat die feriato vt·v· ·q·ij·c·i·ff·d̄ fe= rijs·l·i·qñq̄ non valʒ rōe loci vt ſi citat̄ ex̄ ꝓuinciam ultra duas dictas vt ex̄ de ſcrip·nōnulli·vel ſi citat᷑ ad locū ꝑiculoſū vel inhōneſtū vt ex̄ de ap·ex ꝑte·j·ff·de ar·ſi cū dies·§·ſi arbit·qñq̄ nō tenʒ rōe iudicis ut ſi euidens ſit ipm̄ nō eſſe iudicē qui citat·vt ex̄ de of·del'·ex lr̄is·extra de ap·ſi duob·Jtem nō valʒ citacō vbi reſcp̄tū apoſtolicū nō inſerit᷑ vt ex̄ de dila·ꝑterea·et de off·del'·cū in iur̄·Jtē ſi euidens ē iudicē ē inimicū·vt·iij·q·v·quia·Jtē non valʒ ſi ille qui citat̄ ē ſpoliatus vt hic Jtē non valʒ ſi ad querelā liberti citatur patron9·iiij·q·iij·liberti ⁊ ge neralit̄ vbicūq̄ euidenti excepcōe re9 ſe tueri ꝑt·ff·d̄ iudi·nō vid̄r ʒ ſi

ꝑt a quoquā ante reintegracōēʒ re rū ſuarū omniū obici·Sʒ prius illi legib reintegrāda ſūt oīa et poſt= ea tpe a patrib ꝑfinito ꝑdicta ſūt negocia vētilāda·Jtē ſtephan9 ꝑpa q̄ntus gerhardo laodicenſi·

**Ante litē ꝯteſtatā violent ab lata reſtituātur**

Oportet ut ꝑmū vos tā de inuaſis ciuitatibus ⁊ mōſterijs et māſis quā ⁊ de reliquis generalit̄ rebus reinueſtire faciatis q̄r nec nudi ꝯtēdere·nec inermes in= imicis non debemus oppone Jtē euariſt9 ꝑpa·

**Deiciantur ⁊ infames fiant qui loca expulſorum ad ulterina feditate inuaſerunt·**

Audiuimus quoſdam vobis in famatos et dilaceratos epi= ſcopos a ciuitatib ꝓprijs pulſos·q̄r alibi ꝯſtitui epi nō poſſunt·n̄ in ciui tatib nō minis ⁊ alios epiſ viuēti b ibidē ꝯſtitutos·ideo h̄ vobis ſcri= bim9 ut ſciatis h̄ fieri nō licere·ſed ꝓpos ꝛuocari et integerrie reſtitui debē·Jllos vēo q̄ adulterina ferita te ſuas ſpōſas quas et vxores eorū ꝑfixo tenore eē intelligimus tenent· eici et adulteros atq̄ infames fieri eoſq̄ ab eccīaſticis honorib arceri iubemus·Si aūt adūſus eos aliquā q̄relā habuēitis·hijs pactis inquirē dū erit et auc̄te huius ſcē ſedis ter minādū·Jtē gai9 ꝑpa

**inducie ſex mēſiū eiectis vel expoliatis ꝑſtāt**

Eiectis epiſcopis vel expolia= tis poſt integrā reſtauracōnē anniuerſarie inducie vel ſex menſiū indulgēde ſūt·Jtē euſebius ꝑpa

**Poſt reſtōēʒ inducie ꝑſtande ſunt·**

Prius ergo oportet omnia le= gib ꝛintegrari expoliatis·et eccīas q̄ ſibi ſublate ſūt cū oīm pri= uilegio ſibi reſtitui·et poſtmodū nō ſub anguſto tpe ſpaciū eis indulge atur·ſʒ quantū expoliati vel expulſi videbātur anteq̄ ad ſinodū ꝯuocen

dubiū ē an citacō teneat tūc tenetur venire vt allegat ꝑuilegiū ſuum vt ex̄ de ap·ſi duob·et·c·cū pati·ff·de iudi·ſi quis ex aliena·inuenio tñ q̄ citacō qñq̄ nulla ē ⁊ tñ niſi defendatur citatus ꝓcedit̄ ꝯtra ipſū vt·ff·iudicatū ſolui·ſi reus·Jtē inuenio q̄ citacō eſt iniuſta ex perſo= na agētis cū agēs agit calūnioſe et tñ niſi citat9 venerit ad iudicium puit᷑·vt ex̄ de accu·veniēs·vbi de h̄·et ar·ff·ne q̄s eū q̄i ius vocat9 ē vi·eximat·l·pe nul·Jo·tutius tñ ē q̄ citat9 vadat allegaturus priui legiū ſuū l' appel laturus ſi eū gra= uauit·n̄ qñ ꝯſtat eū non eſſe ſuum iudicem·b·

h Vel ꝑiudicari id ē ꝑiudiciū fieri

i Spōte·hic aſ ſignāt quidā ali= quem poſſe ſuo iu ri renunciare·vij· ·q·i·quā ꝑicu'oſū ·C·de epis ⁊ clēi cis·ſi quis in con ſcribēdo·certe con trariū innuitur ex illo verbo mine· refertur ḡ niſi ad h̄ verbū vocari·

k Vel qñq̄ vel ſex·ar·inducias eiſe arbitrarias· ex̄ de ap·cū ſit ro= mana·ff·de iudi· nōnūq̄·ſʒ ar·ꝯtra in aut·de nup·§·ſʒ h̄ quidem·xxviij· di·de hijs·in ſi·j·e ·q·iij·c·i·

l Diu·dicit̄ diu q̄d eſt vſq̄ ad q̄= tuor mēſes·ſic·lx iij·di·lectis·ſic h̄ dictio mox ampli atur·xx·q·ij·c·i·

m Ante ꝯuoca= tus·quā poſſibili= tas ei ſit·

n Juſte·i·ſi iu ſtū ē̄ mē ei obicit᷑

tur·Jtē felix ꝑpa·De eodem

Tamdiu in ſede ꝓpa pacifice et optātiue cūcta acta diſponēs ꝑſi deat q̄diu vel repulſus ul' expoliat9 ſuis carē viſus ē reb·Jdē

**Añ reſtitucōēʒ aliq̄s ad cām vocari nō dʒ·**

Si eps ſuis fuēit ā eccīe ſibi cō miſſe reb expoliatus·ā q̄d ab ſit q̄d alienū ab oīmibus eſſe dʒ fide= lib a ſede ꝓpria eiectus ā detētione aliq̄ a ſuis ouib9 fuēit ſeq̄ſtrat9 tūc canōice añ in ꝑſtinū ſtatū reſtituat̄ cū oīm ꝑuilio ſui honoris·et ſua oīa q̄ inſidijs oīm inimicoꝝ ſuoꝝ ei ab lata fuerit legib9 ꝛintegrēt̄·nō eñ ꝯuocari ul' ꝑiudicari potēit n̄ ipe ꝓ ſua necītate mīme tñ iudicādus ad uenire ſpōte elegēit·Nullatenus er go a quoq̄ cogat̄ anteq̄ integerrie oīa q̄ ꝑ ſuggeſtiōes ſuoꝝ inimicoꝝ amiſeāt·ꝑtāti eius ab honorabili cō cilio legali ordie ꝛintegrēt̄·ꝑſul idē cū omni honore ſtatui priſtino red= dat̄·et ipe diſpoſitis ordiatiſq̄ ſecu re ac libē diu ſuis tūc regl'arit̄ ifra ·iiij·vel·v·ā·vi·ā·vij·menſes iux̄ q̄d poſſibilitas ei fuēit·⁊ n̄ añ ꝯuocatus ad tps i legitio ꝯcilio ⁊ canōico cō= ueniat ad cām·et ſi ita iuſte vid̄r ac cuſantiū ꝓpoſicōib9 rñdeat·Nō ſi male viuēdo facultates eccīe diſp ſit eps·ab ei9 ꝑrimōio q̄uſq̄ de dila pidacōe reꝝ eccīaſticaꝝ ꝯgnoſcat̄ ſubmouēdus ē·Exēplo tutoꝝ ⁊ cura toꝝ q̄ dū ſuſpecti ſūt a tutela ul' cu ra ꝛmouēt̄·donec de ſuſpectōe ꝯgno ſcat̄·Vñ pelagi9 ꝑpa petro ꝑſbro

**Ab accuſacōne remoueat̄ qui res eccleſie male diſpergit·**

Quia ea q̄ defraudib9 maximi liani flebili ad aures nr̄as ſupplicū relacōe venēt nō facile ſm̄ veritate agnoſci potuēt n̄ facultas eccīe q̄s in uſus ſuos male ꝯuertendo diſpſit ab eius poteſtate donec de cauſa co gnoſcatur ſeponantur·idcirco vos

o Quia ea·ideo forte ꝛmouet̄ ſuſpectus ab ad= miniſtracōne quia forte timorem·ne forte corrūpātur iudices·et ideo ne creditores ei ſoluentes liberan= tur·ff·de ſoluti·q̄ ſi forte·

p Donec de cau ſa·in crimine dila pidacōnis ſpecia= le ē q̄d ſequeſtra t᷑ poſſeſſio a poſ ſeſſore anteq̄ ſit conuictus contra illū·xvi·q·iiij·vo lumus·nā et poſt appellacōēʒ ſeque ſtratur ab eo poſ= ſeſſio·ff·de ap·impatores·ij·q·vi·quotiens·ij·quam cito ergo aliquis accuſatur ſtatim ab eo remouēda ē āminiſtracō vt h̄·et·C·d̄ ſuſpec· tu·l·eum et ſine accuſatore ꝑt remoueri ſi iudici liqueat ex aptiſſimis argumentis eum ſuſpectū·vt·ff·de ſuſpect·tu·l·iij·§·preterea·Suſpe ctum aūt dicim9 illū qui morib talis ē vt ſuſpectus dici debeat·vt·ff· de ſuſpec·tu·ſuſpectum·nec audiretur talis licet vellet ſatis dare q̄ bene adminiſtraret·vt inſti·de ſuſpec·tu·§·nouiſſime·hodie tamen vi= detur q̄ non eſt remouendus ab adminiſtratione niſi ꝓbet᷑ ſuſpicō·ut

ertra de ſp·licet heli·et de of·del·venerabili·et dic vt ibi·Itē ad ac=
cuſacōnē quilibꝫ admittitur·vt in auṫ·de nō alie·aut p mu·in fi·⁊·C·
d̄ ſuſpec·tu·l·eū·et·l·pietatis·et abſens p̄t ↄdemnari·vt·C·d̄ pe·ne
diu·nec etiā aliquo debet gaudere p̄uilegio q̄ ſuos ↄtubernales afflixit·
vt·C·vbi de racōcinijs agi opꝫ·l·ij·tn̄ ꝓbabilius vidꝫ q̄ ſoli illi ad
mittantur quoꝝ intereſt·vt·xvi·q·vij·filijs·et·s·ij·q·vij·qua ꝓpter·
uł ſaltē ſoli clerici
vt·xij·q·ij·nō licet·nā in ꝑplaribuſ
actōibus non ad
mittūtur infames
vt·ff·de ꝑpla·act·
ꝑplaris· Item nec
ad accuſacōne ta
lium iudex ſtatim
remouebit accuſa
tū ab adminiſtra=
cōne·ſꝫ ſūmatim
ↄgnoſcet an calū=
nioſe accuſent an
nō ar·ff·de p̄to·
ſtipuł·l·i·§·vl·et
ſi qui ſciuerint ſu
ſpectū et paſſi ſūt
eū p aliqd̄ tps eē
in adminiſtracōne
non videt̄ q̄ tales
poſſent dicere euꝫ
ſuſpectū·vt·ff·de
p̄uił·credi·ſi cre
ditores·et ar·ext̄
de hijs q̄ fiunt a
ma·pte ca·ex ore
ar·ex̄ de accu·nꝫ
credo verū ſi ſciē=
tes ⁊ negligentes
ſꝫ ſcientes et q̄ren
tes ꝓbacōnes bñ
audirentur p⁹ ea
·ij·q·vij·plerīqꝫ·
qui aūt criminaſt
ↄuictus eſt remo=
uetur ab ordine·
ſi vero ciuilit̄ tm̄
ab adminiſtratio=
ne·extra d̄ ſp·per
tuas·in fi·⁊ regu
lares p̄lati ex me=
dicis cauſis remo
uentur ab admini
ſtracōe·vt eadem
decꝫ·p tuas·i fine·
Item ſi ideo quis
remouet̄ q̄ꝛ dolo
ſe adminiſtrauit in
famis eſt ſecus ſed
ſi ꝓpt̄ negligentiā
remouetur nō fit
infamis·vt·C·de
ſuſpe·tu·l·ul·ſꝫ
aꝫ ſciaſ q̄ qn̄qꝫ ad
miniſtrat quis tē=
palia qn̄qꝫ ſp̄ualia
et ſm̄ ſꝫ remouet̄
ab iſtoꝝ uł illoꝝ
adminiſtratione·
vt·xij·q·ij·vulte
rane·vn̄ licet quiſ
ſit r̄motus ab ad
miniſtracōne tp̄aliū ꝓpter ſuſpicōnē adhuc tn̄ remanet prelatus quo
ad obediēdū ſibi·vt·viij·q·iiij·nonne·xv·q·vlti·c·vlti·

Quod vero·ſꝫ queſtio loqtur de inducijs p̄paratorijs· Q·iij·
Cum accuſatus·ſe electi·s·cā·ꝓx·q·vi·a iudicibꝫ·con=
tra·ſꝫ illud forte obtinet in crimine·alias ↄtra·ff·de iudi·
obſeruandum·Quid iuris ſit de hoc quere·xi·q·i·c·iij·
De inducijs vero epoꝝ·hec ſunt diaconoꝝ et ſubdiaconorum·x
v·q·vij·ſi autem ·exceptiōnes quas ꝓbare tenetur reus·ff·de
b Reſponſiones·i·= ꝓbacōibus·in exceptiōnibus·
e Cōfirmandos·i·ↄprobādo eos honeſtos·qd̄ forte poſt publicacō=
nem p̄t facere nō q̄ debeat eos inſtruē qd̄ dicāt·q̄ꝛ ſꝫ eſſet ſubornaē uł

eum a ſupradicte eccleſie p̄rimonio
volumus interim ſubmouere·et in
vr̄o diſcuſſionis ipſius tp̄e modera=
mine detineri·

D III

Quod vero poſt vocationem
venienti ad iudicium indu=
cie negāde nō ſunt· Itē
felix papa teſtatur dicens·

Venienti ad iudicium inducie non negentur·

Cum accu=
ſatus ad iudiciū venerit·ſi vo
luerit inducie expetēti a p̄ribꝫ cōſti
tute abſqꝫ impedimento ↄcedātur ⁊
iudices a ſe electi ſibi attribuantur
Item ex epiſtola felicis pape ſe
cundi fratribus egiptiorum·

Quot menſium inducie epiſcopis p̄ſtande ſunt·

De inducijs vero
epoꝝ ſup quibꝫ ↄſuluiſtis·di=
uerſas a p̄ribus regulas inſtitutas
inuenimus·quidā enim ad repellen
da inimicoꝝ improboꝝ machina=
menta·et ſuas ſperādas r̄nſiones et
teſtes ↄfirmādos ⁊ ↄſilia epoꝝ atqꝫ
amicoꝝ querēda·annum ⁊ ſex men
ſes mādu cauerūt ↄcedi·quidā aūt
annū·in quo plurimi ↄcordant· Mi
nus vero q̄ ſex menſes nō reperi·q̄ꝛ
et laicis ſꝫ indulta ſūt·quātomagis
domini ſacerdotibꝫ·Et infra·Indu
cie vero nō ſub auguſto tp̄e·ſꝫ ſub
longo ſpacio ↄcedende ſunt·vt ac=
cuſati ſe p̄parare et vniuerſos ↄmu=
nicatores in p̄uincijs poſitos conue
nire et teſtes p̄parare atqꝫ ↄtra inſi
diatoēs ſe plenīter armaē valeant·
Item eleutherius papa·

De inducijs p̄ſtandis

Inducie nō
modice dāde ſūt ad iq̄rēdū ne
aliqd̄ p̄prope agi a quacūqꝫ parte
videatur·quia per ſurreptionē mul
ta prouenīūt· Itē damaſus p̄pa

Inducie accuſatis i criminalibꝫ
cauſis ſex menſium vel eo am
plius ſi neceſſe fuerit cōcedende ſūt
Spacium vero dilationum ſicut
in libro quarto eodem titulo de di=
lationibus inuenitur·hac ratione
moderandum eſt·vt ſi ex ea prouin
cia vbi lis agitur vel perſona vel in
ſtrumenta poſceretur·non amplius
q̄ tres menſes indulgeātur· Si
vero ex ↄtinētibꝫ p̄uincijs ſex menſes
cuſtodiri iuſticia eſt·In tranſmari=
na autē dilatione nouē menſes cō=
putari oportebit·Iudicantes autē
hac ratione non ſibi conceſſum intel
ligant dande dilacōnis arbitriū·ſꝫ
eandē dilationem ſi reum vrgentiſ=
ſima racō flagitauerit et neceſſitas
deſiderate inſtructionis exegerit·
non facile amplius q̄ ſemel nec vl=
la trahendi arte ſciant eſſe tribuen=
dam·Ei autem dilacō eſt penitus d̄
neganda qui reſcriptū ad extraor=
dinariū iudicem reportauerit·Illi
vero qui in iudiciū vocatur danda ē
dilacō ad probanda precum men=
dacia vel proferenda aliqua inſtru=
menta vel teſtes·quoniā inſtructus
eſſe non potuit qui preter ſpem ad
alienū iudiciū trahitur· Cū vero
ad appellacōnem ſiue ↄſultacōnem
a principe reſcriptum fuerit·ſiue ſit
primo iudicio petita dilacō nec tri=
buta·ſiue nec petita quidem·eā daē
cuiq̄ non licebit·eadem racōne qua
nec in iudicijs cognitionū imperia=
lium dilacō tribui ſolet·a iudice p=
cedente dilacōnem poſtulari nō con
uenit etiam ſi utraqꝫ parte preſente
tribuatur·cū non alias niſi cognita
cauſa indulgeri queat·et cognitio
cauſe non interpellacōne planaria

p̄t ↄfirmare illoꝝ teſtimoniū q̄ ſūt ꝓbati ēmioſi q̄ꝛ et ſi debilitēt̄ deā
taliū nō tn̄ ex toto euacuāt̄·vt ex̄ de ꝓba·licꝫ et ex̄ de ſp·p tuas ⁊·c·
f Atqꝫ amicoꝝ·nō facile tn̄ inuenit̄ q̄ ob ſꝫ dāda ſit dilacō lꝫ i fi·
ar·ad idē·ff·de vſur·ſciēdū·ſic in aduocato·ff·ex quibꝫ cau·maio·ait
p̄tor·in fi·et·l·ab hoſtibꝫ·in fi·ex̄ vt lit·nō ↄt·c·i·alꝰ p̄textu abſētie
aduocati nō p̄t q̄s petē inducias·ex̄ de do·et ↄtu·prout·
a Annū·et ſex
mēſes·ↄtra in auṫ
ut clerici apud ꝓpri
os epiſ·colla·vi·
·§·ſi tamen·
b Et ſex mēſes·
in auṫ·de ſcīſ·epi·
·§·iij·
i Plurimi·ergo
illd̄ ē poti⁹ tenēdū
vt·xvi·di·p̄ſcoꝝ
xix·di·in canōicis
ſꝫ obicit̄·reo dāt̄
trine inducie·ff·
d̄ ferijs·l·ul·§ cā
ꝓrogat̄ vltra bi=
ennīū qd̄ eſſe non
debꝫ·vt·C·d̄ iudi
ꝓperād·Solutō ſꝫ
p̄mo em̄ dabit an
nū ſꝫ poſtea minus
dabitur vel hodie
ſūt arbitrarie·s·e
·q·ſi ep̄us
k Cōmunicato=
res·id eſt coep̄os
Inducie ergo
tā actori q̄
reo dāde ſūt iouci
e·xv·q·vij·ſi aūt
·ff·d̄ ferijs·l·vl·
ñ i cāu·ſ·e·§·ei at·
m Per ſurrep=
cōeꝫ·ſic·xcviij·di
tranſmarinos·
n Spaciū·inue
nitur·in·l·i·
o Vt ſi ex ea·ſꝫ
nō ē p̄ncipiū legis
q̄ꝛ lex incipit q̄m̄
plurimum·
p Perſona·i·te
ſtis vel aduocat⁹
q Ex ↄtinētibꝫ·
id eſt que modico
freto diſtāt·ut·ff
de·v·ſig·nocōne·
r Exegērit·vſqꝫ
ad finem·litis·
s Amplius·in
cauſis pecuniarijs
nō detur amplius
dilacō q̄ ſemel n̄
inopinatum quid
emergat·ſꝫ in cri
minalibus datur
actori due reo tres
vt·ff·d̄ ferijs·l·ul
ſꝫ in crimīe adulte
rij n ulla datur di
lacō·ut·ff·d̄ adul
ter·in crimīe·licꝫ
ſit ar·ↄtra·xxxiij·
·q·ij·ſiue de ↄiugij fedē =q̄ tn̄ ſemel danda ē dilacō·⁊ ſic ē ↄtra ei
t Quā ſemel·ſꝫ hēs= d̄ teſti·i cauſ·et·c·ſigſicauerīt·C·d̄ iudi·aut
iubemus·vbi hēs q̄ ad teſtes inducendos tres dilacōnes ſunt decernē
de·Solucō·lꝫ plures ꝓductōes non poſſunt dari tn̄ ſub vna dilatione
poſſunt mille fieri ꝓductōnes·alij intelligūt q̄ d̄ iure tres poſſunt da
ri dilacōnes ad teſtes ꝓducendos·et dicūt hanc legem loqui de dila=
cōibꝫ q̄ indulgentur a iudice·ſed autentica et decretales de dilacōibꝫ q̄
ↄcedūtur a iure ↄmūi dn̄s meus dn̄s hug·notauit ſuper lege d̄ ferijs
q̄ in pecuniarijs cauſ vna dilacō dāda ē tn̄·ſed ſi impedimentū inter
ueniat dabitur alia cū cauſe ↄgnicōe·et ita ꝓpter multa impedimēta
multe inducie dantur·et auṫ·de teſti·§·qua vero·nō ē ↄtraria·q̄ꝛ vna

dilacōne multe poſſunt fieri productiones· vel ſi dicas productionem
id eſt dilacōnē dic q͛ vltra pmam nō hebit fine cauſe ɔgnicōne ſcdam
vel terciā·multi tn̄ dicūt qd̄ auten·corrigat legem vltimā d̄ ferijs·io·
ſed certe qd̄ dic·hug·nō ſuatur d̄ fcō q: pl̄es dilacōnes dātur et plu-
res q̄ tres pducōnes fiunt·b· ¶ Trahendi·id ē differendi·
b ¶ Si autem·hoc eſt·C·de dilacōnibus·ſi quando·
c ¶ Denegāda· n̄
forte caſus inopi-
natus emergat·ff
de iudi·interd̄· et
de ferijs·oracōne·
h ¶ Denegāda·h̄
hēs q͛ ſi actō petit
inducias ad indu-
cēdos teſtes q͛ nō
dabūtur ei· q̄dā h̄
volūt intelligē de
inducijs delibera-
torijs· ſed lr̄a eis
ɔtradicit q: loqui
tur de pparatorijſ
in hoc g͛ oneratur
actor qui petit re
ſcptū ad exordi-
nariū iudicē· Itē
et in alio onerat9
vt·ī·e·qd̄ fieri· tn̄
ſi reus excipiat et
actor replicet bn̄
dicerē tūc actori
dandas inducias
q: in tali replica-
tione non potuit
eſſe inſtruct9· Itē
terciū ſpeale ē h̄
in eo q̄ impetrat
reſcptum ad exor
dinariū iudicē· q͛
ſi ille iudex nollet
pcedē tūc ordina
rius vtet9 ſua iu-
riſdicōne· vt ex̄ de
of·ordi·ſignificauit
ſ; illud in ſpeciali
caſu ppter pericu
lum anime · vnde
contrariū tene in
alijs

ſed confidente magis iudice legiti-
me colligatur·ut ſi forte dilationis
peticō improbata fuerit·ſuſcepta q̄
ſtio p ſententiam iudicis dirimatur
¶ Cōſtō·vij·in collacōne octaua·
Libellū vero nō alias dirigat
actor·niſi prius et in ipm quē
dicit obnoxiū et in negocij executo
rē exponat cautionē ſe vel intra du-
os menſes litē ɔteſtaturū vel omne
damnū ei qui ɔuenitur ɔtingens re
ſtituturū· ¶ In collacōne quinta·
Offeratur ei qui vocatur i iudi
ciū libellus et exinde prebitis
ſportulis dato fideiuſſore·xx· dieruȝ
gaudeat inducijs in quib9 deliberet
an cedat an ɔtēdat atq̧ aliū iudi
ci petat ſociari vel recuſet eū·niſi ſit
ille quē ꝛ ipe iā alio recuſato petijt
Deniq̧ pn̄s interroget·an hoc tem
pus trāſierit qd̄ nō modo ipſius re-
ſponſione ſȝ etiā libelli manifeſtetur
ſubſcriptōne quā in initio facē dȝ·
Litis ergo conteſtacō cōtra hoc in
dultū habita p nichilo eſt·¶ Con
ſtitucō·ſexta in collacōne ſeptima·
Quod fieri non dȝ n̄ ſatis dede-
rit·ctā pmittēs quantitatē ſe

i ¶ Deportauēit·
hic adiūge cōſti-
tucōȝ illā qd̄ fieri nō dȝ· ¶ Nō licebit·actori ſed reo·vt·s·l·px·
g ¶ In iudicijs·i·ſnis et h̄ intellige cū po plene fuit ɔgtū d̄ cā coraȝ
impatore ꝛ nō reſtabit n̄ ferre ſniam·al's inīqtateȝ ɔtinēt lex iſta· nā
iudex appellacōnis bn̄ tenetur dare inducias· pcedente·in via·
¶ Tribuatur·i·tribui petatur· ¶ Cauſe·i·dande dilacōnis·
¶ Cōſidente·ar·q͛ ea q̄ cauſe ɔgnicōȝ reqrūt debēt iudice ſedēte p
tribunali fieri·vt·ij·q·iij·puaricator·et·q·vi·biduum·
¶ Conſtitucō·hoc eſt·C·de litis conteſtatione·
Libellū·libellus porrigēdus ē iudici ordīario et delegato·vt extra
d̄ libelli obla·ignarus·et ex̄ vt lit·nō ɔt·c·i·et etiaȝ coram arbi
tro·q: arbitria ſe hn̄t adinſtar iudicōȝ·ff·de arbi·l·i·lȝ ſit ar· cōtra
·C·de epis·et cle·aut·gnal̄r·in fi·libellus iſte tradēdus ē iudici·et iu-
dex porriget eū reo·vt·C·quō et qn̄ iudex·aut·qui ſemel·nec tenetur
reus huc libellū recipe n̄ actor pſtiterit duplicē caucōnē·vnam quidē
q͛ infra duos mēſes litē ɔteſtabit9·vel q͛ reſtituat reo omne damnuȝ
in duplū vt h̄ dicit·Itē aliā pſtabit q͛ p ſe vel legitimū pcuratoreȝ
cāȝ aget vſq̧ i finē·et ſi vict9 fuerit iniuſte litem mouiſſe pſtabit deci
mā ptē rei petite i libello·ſi aūt caucōȝ iſtā dare nō pt ſup h̄ pſtabit
iuratoriā caucōeȝ et h̄ totū hēs·C·de epiſ·et cle·aut·gnalit· Jo·iſta
hodie d̄ ɔſuetudie nō ſuātur·b· ¶ Et exetutorē·i·iudicem vel-
-officialē et expone et p vel ꝛ hēs
hāc auctem in auten· de executori
bus·et de hijs q̄ ɔueniūtur et recōueniūt·§·ſanctimus·coll'·vij·
¶ Reſtituturū·in duplū ita tn̄ vt caucō nō excedat trigita ſex aure
os·vt in auten·de executorib9·in principio·
Offeratur·ſportulis·in iudicibus delegatis expſſum ē d̄ ſportul'·
ſcȝ q͛ hēbūt duos aureos·i pncipio et duos in fine cauſe·in aut·
coll'·vi·de iudi·§·ne aūt·in ordīarijs nō inuenimus niſi in clericis qui
pſtāt quatuor ſiliquas·C·de epiſ·et cle·aut·ſȝ hodie·dȝ aūt vtraq̧ ps
ſoluē officialib9 p labore·xiij·q·v·non ſane·de h̄ dic ex̄ de vi· et ho·
cle·cū ab omni· ¶ Fideiuſſore·-iudicō ſiſti·cū ſit poſſeſſor reȝ immobiliū·ff· q̄ ſat
dare co·ſciendū·nō aūt iudicatū ſolui q̄ caucōem

nemo pſtabit·ɔuetus ſuo nomine·inſti·de ſatiſdac·§·ſed h̄ hodie·ȝ nū-
quid ſuffic·dare pignora·nō videt9·cū ſit ptoria h̄ ſatiſdacō·vt·ff·de
ptor·ſtipul'·ptore·ſed nō ē veruȝ·lȝ eī nō tenetur daē pignora pt tn̄
ſi vult·ff·de coll'·bo·l·i·§·iubet·v̄·an in pignorib9·imo expſſe d: ibi
de ſola fideiuſſiōe in aut·de exhi·reis·§·ſcimus·coll'·v·tn̄ cū h̄ aut·in
diſtincte dicat dari debere fideiuſſorem·credo q͛ ſiue ſit poſſeſſor rei
mobilis ſiue imo-
biliū q͛ dabit fide
iuſſorem· Jo· dn̄s
hu·ꝛ alij doctores
legū dicūt q͛ aut·
nō corrigit legē ſȝ
diſtiguit·b· Itē h̄
hēs q͛ lȝ quis de-
dit fideiuſſorē ſtā
di iuri qd̄ adhuc
pt recuſaē iudicē
ſic appellare pt lȝ
iurauerit ſtaē iuri
vt ex̄ de ap· ad h̄
ij·et·ī·ſȝ q̄d eſt q͛
dicit q͛ vſq̧ ad vi
giti dies dȝ iudex
recuſari cū excep
tio talis ſit dila-
toria ꝛ ſic vſq̧ ad
litē conteſtatā pt
oppom·vt ex̄ de
ſen·et re iudi·int·
So· quicquid ab
alijs cātet ego cre
do qd̄ pponenda ē
h̄ excepcō vſq̧ ad
viginti dies tm̄
nec d: ideo dilato
ria qd̄ vſq̧ ad li-
tis ɔteſtacōeȝ pt
obici ſȝ ideo q: ſp
āte lit ɔteſtacōȝ ē
obiciēda·ſi eī poſ
ſet qn̄cūq̧ obici
vſq̧ ad litē ɔteſta
tā q̄re dicēt lex
q͛ ſi iudex q̄ abſēs
ē·ē r̄cuſand9 dȝ re
us pteſtari coraȝ
alijs q͛ hȝ iudiceȝ
ſuſpectū·vt·C·de
iudi· cum ſpecia-
lis·vnde dico q͛ ſi

daturū niſi exequatur·aut exequēs
non vincat cām·Si ergo poſt tēpuſ
pſtitū infra dies·x·reo pn̄te non oc
currat·dimittat reus exacto eo qd̄
promiſſum eſt·et ſi quid plus circa
litem impendiſſe cum taxatione iu-
dicis iurauerit·exceptō fori dilato
ria eſt atq̧ ideo in inicio litis dȝ op
poni ꝛ pbari·pemptorias autē exce
ptiones ut ſūt pſcripcōes longi tē-
poris ſufficit in inicio litis cōteſtari

Quod vero Q IIII
infames et non legitime cō
iuncti ad accuſacōnem ad-
mitti non debeant·et qui generali-
ter ab accuſatione remouendi ſunt
multorum auctibus claret· Ait eī
igmus ppa· Infames eos qui ſunt bone fame accuſare non pn̄t·
Alieni erroris ſocietatē ſectan
tem vel a ſui poſiti tramite ē
cedētē·a apice ſedis inſtōnibus in-
obedientē ſuſcipe nō poſſumus· nec
impetere recte credētes vel ſcōrum
patrū iuſſionib9 obtēperantes pmit
timus·quia inter fideles et infideles
magna dȝ eſſe diſcrecō·¶ Itē ana
cletus ppa in prima decretali·

quis omittit exceptioneȝ d̄ ſuſpecto iudice ꝛ pponat al's exceptiones
āmodo nō pt reūti ad iſtā·ar·op·ff·de iud·ſȝ ꝛ ſi ſuſcepit· Itē cū mul-
tas forte r̄cepit ſnias p ſe·q̄liter poſſȝ ipm āmodo recuſaē ar·ad h̄ ex̄
d̄ of·del'·inſinuāte·ī·e·q·vi·§·excepcō· Jo·q: ſi pbo aliqd coram iudi-
ce ſcȝ adu̇ſariū meū eſſe excōicatū videor approbaē iudicē nec de cete
ro potero eū recuſāre et ita ſemel r̄ndit tancre·in ſcolis·b·
r ¶ Sociari·qn̄ ordinari9 recuſat· -dus·ſi·ff·de neg·ge·pom·Jo·
s ¶ Niſi ſit ille·ſi·xxxij·q·v·horrē- -aliquē illū nō pt āmodo recuſaē
t ¶ Petijt·ſi quis g͛ petijt iudicē- vt h̄·et ex̄ d̄ offi·del'·ſup qōnū
imo ſi pcurator alicuius petijt iudices dn̄s non pt eos recuſaē· vt ex̄
d̄ cā poſ·cū olim·tn̄ appellē pt ab eo·vt·no·s·ij·q·vi·a iudicibus.
u ¶ Pro nichilo·q̄tū ad h̄ qn̄ adhuc poſſit recuſari q̄ſi lis non ſit ɔte
ſtata·vt in aut·d̄ exhi·re·§·illd̄·coll'·v·r̄uera tn̄ tenet litis ɔteſtatio·
ſic fcā vt ibi perpenditur· -reus exiget ab actore qd̄ tn̄ nūq̄ vidi ·
Quod fieri·exacto·i· - hic notanda ſunt duo ſpecialia vt certa
quātitas pmittatur et tn̄ plus exigat· et qd̄ exſpectatur actor
poſt terminū vſq̧ ad decem dies·tn̄ corā ordinario iudice expectaret9
p annū et tres menſes ſcḋm quoſdā·vt·C·quō et qn̄ iudex · auten· qui
ſemel·ſed verius ē q͛ hic loq̄tur cū abſoluitur a iudicō illius iudicis
et loquit lex iſta cū quis trahit extra pūnciā p reſcptuȝ pncipis· vt
in aut·coll'·v·de exhi·re·in pn̄·ſed illa autēica·qui ſemel· loq̄tur cū
penitus abſoluitur· -dū ē q͛ quotiēs petitur intereſſe ex delicto ali-
y ¶ Jurauerit·Notan- cuius illud declaratur p iuramentū vt hic et
·ij·q·i·in pmis·C·vn̄ vi·ſi qn̄·C·de fide inſtru·l·vl·ſed ſi petat9 inter
eſſe ex ɔtractu illud pbabitur debito modo·ff·de minori·ſi in emptio-
ne·ff·de pto·ſti·l·vlti·et·ff·d̄ eden·ſi quis ex argentarijs·§·vlti·inſti·
de·v̄·obli·§·vltimo· ·Q·iiij·
Quod vero·infames·dic quod infamis non admittitur ad accu
ſationem niſi ſuam proſequatur vel ſuoȝ iniuriā·vt·ī·iiij·q·
vi·omnibus·s·ij·q·i·prohibentur·niſi i criminibus exceptis·
vt·vi·q·i·§·verum·nec in hijs prout notaui· s· ij· q·i · in primis · in

fine·et·ð·q·vij·in ſumma· =ſcdm quoſdam dos adeo requiritur in
Conſanguineoꝝ·dotali·= matrimonio quod ſine ea matrimo=
niū nō tenet·ar·h̄ ꝛ·xxx·q·v·c·nullus·et·c·nullum·ſed verius
eſt qꝺ teneat·C·de nup·l·impialis·§·is aūt·tn̄ preſumitur non eſſe
matrimonium·vt
·xxx·q·v·aliter·
b Cōſentientes·
approbanda defē=
dendo·pcinium
pſtādo·quo caſu
non minus peccat
ꝙ faciens·ij·q·i·
notū·imo magis
peccat·xxiij·q·iij
qui alioꝝ·
s Sub īfamie ꝗ·
·xxvij·q·i·ſi quis
rapuerit·C·ð rap
virḡ·l·vna·in fi·
ꝗ·xxxiij·q·ij·quiſ=
cumqꝫ·
b Sub infamie·
qualit ſit h̄ intelli
gendum·dixi·s·ij
·q·iij·§·hinc col=
ligitur ꝗ·iij·q·i·
diffinimus·Item
patet h̄ ꝙ ſm ca
nones ipſum ſcm̄
infamat ꝗ·e·q·v·
conſtituimus·
Conſpirato=
re·xi·q·i·cō
ſpiracōnum·et·c·
ɔiuracōnū·nec ad
denūciacōnem ad
mittūtur·ex̄ de ac
cuſa·cū optet·et
de ſymo·licet·
Nullus·cre=
dantur·ar·
ɔtra·xxiij·q·vij·
vt pridem·
g Scriptis·i·p
ſcp̄ta nuntient vi
tandos·et ſic ali=
quis abſentem p̄t
excōīcare p ſcri=
turā·vt·s·ij·q·v·
quāto·et·ar·ff·ð
teſta·ſeruus
b Aut eoꝝ·ſilē
de ſen·ex·nuper·
i Anathemati=
zant·vt vbi eſt ca
non late ſentētie·
Clericus·ac
cuſauerit·ca
lūpnioſe ne ſit ɔē
·s·ij·q·vij·qua p
pter·
l Ac curie tradi
nō ſtatī ſed tūc cū
eſt incorrigibilis·
vt extra de iudic̄·
cū nō ab homine·
·xi·q·i·ſi quis ſa=
cerdotum·
Hij qui·et ſi a
morte·cor=
porali·
n Et exilio·ḡ
iudex eccleſiaſti=
cus p̄t ī exiliū mit
tē ut·l·di·accedēſ
et·lxiij·di·in ſmo
dꝰ·ꝗ·xx·q·c·iij·
in fi·vel ponitur
exiliū pro carcere
monaſterij·ij·q·i·

**Qui legē ſuā ſpōte trāſgredit̄ ante reūſionē ſuā rc̄e agētes accu ſare nō p̄t**

B Eatus p̄deceſſor nr̄ clemēs vir aplicus ꝛ ſpū dei ple=
nus vna cum reliquis ſanctis colle
gis ſuis ſtatuit dicens· Accuſandi
vel teſtificādi licētia denegetur hijſ
qui xp̄iane religionis et nois digni=
tatē·et ſue legis vel ꝓpoſiti ſui nor=
mā aut regulariter ꝓhibita negle=
xerint·trāſgreſſoēs enim ſponte le=
gis ſue eiuſqꝫ violatores apoſtate
noiantur· Omnis em̄ apoſtata refu
tādus eſt ante reuerſionē ſuā·nec
in accuſacōne recte agentiū·aut in
teſtimoniū ſuſcipiendus eſt· Itē
piꝰ p̄pa **A ſuo ꝓpoſito diſcedētes infames ſunt**

S I quis vero a ſuo ꝓpoſito retrorſū exorbita
uerit·et iuſſa aplice ſedis libēter trāſ
greſſus fuerit infamis efficitur·re
probari ergo oportet eorum redar
gucōnes q̄ in recta fide ſuſpecti ſūt
Fides aūt ꝛ ɔuerſacō priꝰ ſcrutāda
eſt·et deinde q̄ irreprehenſibiles ap=
paruerint ſūt recipiēdi ꝛ nō prius·
Itē calixtꝰ p̄pa **Inceſtuoſi et nō legitime ɔiūcti ſacerdotes vel legi=time ɔiūctos accuſare non poſſunt·**

C Onſanguineoꝝ ɔiunctiones nec legitime ſūt nec manere
poſſunt·ſꝫ repellende ſunt· Quiſquis
ergo non legitie ɔiunctus vel abſqꝫ
dotali titulo atqꝫ bn̄dictōe ſacerdo=
tis ɔſtat copulatus·ſacerdotes vel
legitime cōiunctos criminari vel in
eos teſtificari nime p̄t·qm̄ omnis ī
ceſti macula pollutus infamis eſt·ꝛ
accuſare ſup̄dictos non ꝑmittitur
Nō ſolū ergo hij repellendi ſūt ꝛ in
fames efficiuntur·ſꝫ et oēs eis con
ſentiētes ſilr̄ ð raptoribꝫ vel eis qui
ſeniores impetūt fieri cenſemus· hoſ
enim ſeculi leges interficiūt·ſꝫ nos
tales miſcdia preunte ſub infamie
nota ad penitētiā recipimus· Idē
**Qui nō ſūt recipiēdi in accuſacōe·**

C Onſpiratores in nullius accu ſacōne ſūt ēcipiendi·nec eoꝝ
vel anathematizatoꝝ vox vllū nocē
aut ledē p̄t· Itē ſtephanus p̄pa
N Vllus anathema= **De eodē** tizatoꝝ ſuſcipiatur·nec a quo
quā credantur q̄ ab eis dicūtur vel
ɔſcribūtur·Eos dico anathemati=

D Etractores= in primis· =ꝗ·vi·q·i·deteriores·p Inimicorum· id eſt hij
micicìarum·
N Ulli·ſeruilis·ḡ loquitur de criminali cauſā qꝛ ſeruus ī ciuili cā
ſe defendere nō p̄t·ſꝫ ī criminali p̄t·vt·ff·de accu·ſuos·et·l·eos
·§·ſeruos.

zatos eſſe quos epi ſuis ſcriptis a=
nathematizauerūt·aut eoꝝ ſtatuta
anathematizant· Itē fabianꝰ p̄p·
**Anathematizati fideles accuſar̄ nō poſſunt**

O Mnes quos ſcōꝝ patrū ſtatuta tam p̄teritis ꝙ
futuris tpibꝫ anathematizāt ſbmo
uemus·et ab om̄i fideliū accuſacōe
alienamus· Itē ſtephanus p̄pa·
**Clericus qui epiſcopū accuſauerit infamis efficit̄**

C Lericus vero qui ep̄m ſuū accuſauerit q̄ ei
inſidiator extiterit non eſt recipien
dus·qꝛ infamis effectus ē·ꝛ a gra=
du dꝫ recedē ac curie tradi ſuiturꝰ
Itē alexāder p̄pa· **Infames et exules fiant qui ep̄os pſequntur**

H ij qui ep̄os ſuos pſecūtur et a mouere nitūtur iniuſte ɔtra a
poſtolicam auctēꝫ·ꝛ ſi a morte ꝓhi
beātur dicēte dn̄o nolo mortē pcc̄o
ris ſꝫ ut magis ɔuertatur ꝛ viuat p
petua tn̄ ꝓculdubio notantur infa
mia·et exilio digni iudicātur finiti
mo· De quibꝫ a tēpibꝫ aploꝝ et in
fra tenemus atqꝫ decreta habemus
eoꝝ accuſandi ep̄os vel teſtificādi
in eos vocē obſtruimus quos non
ab hūanis ſꝫ dīnis actibꝰ mortuos
ſcimus· Item zepherinus papa·
**Detractores et inimicoꝝ auctores epiſcopos non accuſent**

D Etractores qui diuina aucte
eradicāda ſūt·ꝛ auctores inimicoꝝ
ab ep̄ali ſbmouemus accuſacōe vel
teſtimonio· Itē eutichianꝰ p̄pa·
**Infamis et ſacrilegus religioſum xp̄ianū accuſare non poteſt**

N Vlli vnq̄ infami q̄ ſacrilego
de quocūqꝫ negocio liceat aduerſuꝫ
religioſum xp̄ianuꝫ q̄uis hūilis ab
iecta ſuiliſqꝫ pſona ſit teſtimonium
dicere·nec de qualibet rōne vel iſcri
pcōne xp̄ianū impetere· Notan=
dū vero eſt·ꝙ aliud ſit excōīcacō ꝛ
aliud anathematizatio Unde io=
hānes papa octauus ſcribit cuidaꝫ
epiſcopo· **Aliud ē excōmunicatio aliud anathematizatio·**

E Ngeldrudam uxoreꝫ boſonis
noueris nō ſolū excōmunicacōne q̄
a fraterna ſocietate ſepat·ſꝫ etiam
anathemate qꝺ eſt ab ipō corpore
xp̄i qꝺ eſt eccleſia recidit crebro p=
cuſſam eſſe· Unde dat̄ intelligi·

r Qualibꝫ racō
ne·i·cā ciuili·ſ
vidꝫ ꝙ ſi infamis
vult agē ciuiliter
ꝙ nō auditur·ſed
intellige vel pro
io eſt io ē ſine·vel
loq̄tur de excōīs
cato·
E Ngeltrudā·
ſꝫ eē anathe
mate·anathema
eſt maior excōīca
tio·xi·q·iij·nemo
ep̄orum·et ē hec
differētia int̄ ma=
iorem et minorem
excōīcacōꝫ·vt·xi·
·q·iij·audi·v·q·ij
pſenti·xvij·q·iiij·
quiſquis·eſt etiaꝫ
hic·ar·ꝙ ſepius
quis p̄t excōīcari·
·xi·q·iij·excellen
tiſſimus·et·xij·q·
·ij·de viro·lxxx=
vij·di·eos qui ex̄
de poſtul·pla·ad
hec·in pte decīſa·
et cōfirmatus p̄t
amplius ɔfirma=
ri·xi·q·iij·quod
predeceſſor·ꝛ qui
in ſordibus eſt ſor
deſcat adhuc·xl=
vij·di·c·penul·ſꝫ
ɔtra·xxiij·q·i·c·i
Itē nichil ad nos
de hijs qui foris
ſūt·ij·q·i·multi·
et vltra excōīcacō
neꝫ ecc̄ia nō habꝫ
quid faciat·ex̄ de
iudic̄·cū nō ab ho
mine·Item q̄ mor
tuus ē interfici nō
p̄t·ſꝫ anathema ē
eterne mortis dā=
natio·Itē qui eſt
extra ecc̄iam non
p̄t eſſe magis ex̄·
vt·xi·q·iij·omīs·
Iteꝫ ar·ɔtra·ff·ð
·v·oblig·qui bis
idem·M·dixit ꝙ
q̄ ſemel ē excōīca/
tus nō p̄t ampliꝰ
excōīcari ſꝫ denūci
ari p̄t excōīcatus·
et ſic ītelligit oīa
iura vbi quis vidꝫ
ſepius excōīcari
ſꝫ obicit̄ ei ꝙ ſm
h̄ excōīcatus erit
melioris ɔdicōnis
ꝙ nō excōīcatꝰ in
ſtat ī iudeo·quia
lꝫ iudeus non poſ/
ſit excōīcari non
tn̄ ē melioris cōdi=
tionis ꝙ criſtia=
nus·ego credo ꝙ
excōīcacō duos hꝫ
effectus·vnum ei
ciendi ex̄ eccleſiaꝫ

et alium detinendi ex̄· ⁊ lȝ excommunicatio non poſſit oſequi p̄mum effectum in excōicato· tñ oſequit̄ ſm· Item nunq̄d tot erunt abſolutio eis quot fuerunt excōicationes· vid̄ ꝙ vna abſolutione om̄es excommunicationes tollant̄· vt· ar· ff· de accept· ſi ex pluribꝫ· ⁊· l· ex pluribꝫ· vel ꝙ ſaltem vltima ofirmet omnes precedentes· vt· ff· communia prediorum· eſt receptum· Queſtio· v·

Quod vero domeſtici ſunt libertus colonus aſcripticius· C· d̄ hijs qui ad eccle· ofu· l· vl· itē mercenarius· ff· d̄ penis· reſpiciendum· §· furta· Itē omnes qui ſunt d̄ familia alicuius ſiue liberi ſiue non domeſtici intelliguntur· ff· d̄ edi· edic· l· ediles· §· familie· large tamen dicuntur familiares omnes q̄ habitant cum aliquo· vt ex̄ de teſti· in lr̄is· extra d̄ off· del'· inſinuante· vnde cum vxō dicat̄ de familia· vt· ff· ad ſillia· l· ·i· §· ſi vir· domeſtica eſt· et· xx· C· d̄ re mili· q̄cūqꝫ· ⁊ vxō d̄i domeſtica· xlvij· di· §· neceſſe· ar· oẗ C· de q̄ōibꝫ· l· iij· Itez domeſtici ſunt q̄ ſūt in eiuſdez pt̄ate· vt inſtit̄ de teſta· §· in teſtibuſ· Item ꝓpinqui vt · C· de emenda· p̄uo· l· i· hic ē notandū ꝙ amic9 ñ pt̄ eſſe teſtis· vt· ·i· ꝓx· cā· q· iij· §· Itez teſtiū ſi des· Itē nec cui impare pt̄ rōe patrie vel dñice pt̄atis ut· iiij· q· iij· lex iulia· Item inimic9 capital' nunq̄ admittit̄· ſꝫ ſi eſt inimic9 alia d̄ cā admittit̄· ſꝫ tpe diſputationis diſquirit̄ an ſit ei credendum· in aut̄· de teſti· §· ſi vero odioſus· coll'· vij· Itē oſanguinei omnes ſm alanuz poſſunt admitti ſi tales appareāt q̄ veritatē gr̄e preponant· iiij· q· iij· §· eos teſtes· ſꝫ h̄ nō credo verū· cum etiā iudex ꝑpt' h̄ poſſit recuſari· ex̄ d̄ ap· poſtremo· ex̄ de of· del'· cāz q̄· Sꝫ in cā m̄rimonij admittuntur oſanguinei· xxxv· q· vi· c· i· ⁊· ar· ff· de ꝓbac̄· etiā m̄ris· ex̄ q̄ matri· accu· poſ· vid̄· qd̄ verū eſt vbi agit̄ de oſanguinitate ꝓbanda vl' improbanda· al's repellerent̄ q̄i ſuſpecti· vt ex̄ de teſti· ſup eo Io· ſꝫ certe male dicit· Io· q̄m pentes bñ admittunt̄ ſup fedē m̄rimonij· vt in illa dec̄· ſup eo· et in illa dec̄· vid̄· in fi· et ita ſuiat̄ de facto· b·

Conſanguinei· nec familiares· ff· de· v̄· ſig· ꝓnunciatio· §· i· ⁊· l· ſequenti· ⁊· ff· de furtis· ſi libertas· extra de teſti· in lr̄is·

c ¶ Prodeūtes· tpe iudicij q̄ꝛ ex h̄ ſuſpect9 eſſꝫ iudex· ff· ad· l· iuliā de ambi· l· i· in fi· ſiſt̄ q̄ ꝓdijt de domo iudicis nō pt̄ eſſe teſtis alterius vt· iiij· q· iiij· c· vl· ſꝫ iſtd̄ itellige de remotis pentibꝫ· illd̄ d̄ vicinis vl' illd̄ d̄ collateralibꝫ· iſtd̄ d̄ d̄ſcēdentibꝫ vl' aſcēdētibꝫ· oẗ collateralē em̄ nō cogit̄ q̄s teſtari vſqꝫ ad tercium ḡdū· vt· iiij· q· iij· lex iulia· ⁊ h̄ itelligūt q̄dā tm̄ ī c̄rialibꝫ cauſ· ſꝫ i ciuilibꝫ vt dicunt licite admittunt̄ fr̄es oẗ fr̄es· ⁊ ꝓ ipo qd̄ nulla lege ē ꝓhibitū ⁊ edictū d̄ teſtibꝫ ē ꝓhibitoriū· vt· ff· d̄ teſti· l· i· Itē q̄ꝛ in p̄uatis iudicijs fili9 pt̄ h̄re pr̄ez iudicē· vt· ȷ· e· q· vij· §· ognitores· et· ff· de iudi· ⁊ in p̄uatis· ego h̄ nō credo· q̄ꝛ ꝓpter oſanguinita

d ¶ Parentes· contra

ꝙ anathematizati intelligendi ſunt non ſimplicit̄ a fraterna ſocietate ſꝫ a corpore xp̄i qd̄ eſt eccleſia omnino ſeparati·

Quod vero teſtes de domo accuſatoꝝ ꝓducendi non ſunt· ⁊ ꝙ vox inimicoꝝ audienda non ſit· multoꝝ auctoritatibus monſtrat̄· ¶ Ait enim calixt9 papa Conſanguinei vel familiares aduerſus ex̄neos teſtimonium non dicant·

Conſanguinei accuſatoris adūſus ex̄neos teſtimonium non dicant· nec familiareſ nec de domo prodeuntes· ſꝫ ſi voluerint ⁊ inuicez oſenſerint· inter ſe parentes teſtificentur ⁊ non in alios· ¶ Itē anaclet9 p̄pa Qui inimici accuſatores vl' teſtes eē nō poſſunt

Accuſatores et teſtes eſſe non pn̄t q̄ ante heſternum diem ā nudiuſterci9 inimici fuerint· ne irati nocē cupiant· ne leſi ſe vlciſci velint Inoffenſus ḡ ⁊ accuſatoꝝ ⁊ teſtium affect9 querendus eſt· ⁊ non ſuſpect9· ¶ Itez ſimmachus papa ¶ De eodē

Accuſatoribꝫ vo inimicis vel d̄ domo inimici ꝓdeūtibꝫ vel illis q̄ cū inimicis morātur ā ſuſpecti ſunt non credat̄ ne irati nocē cupiant· ne leſi vlciſci ſe velint· Si q̄s h̄ que hodie in ſancta ſinodo ꝓhibita ſunt infringē temptauerit· ā voluntarie tranſgredi preſumpſerit· ſi cleric9 eſt ḡdu ꝓꝓo penit9 careat· ſi vero mōch9 vel laic9 fuerit communione p̄uet̄· ⁊ ſi non emendauerit vicium· anathemate feriatur· Secretas vero inſidias vel manifeſtas pontificibꝫ a q̄buſcunqꝫ illatas· vel ea que hui9 ſancte ſinodi ſententia oplectit̄· ſi q̄s ad eccīaſticam pertulerit noticiaz honore potiat̄· ⁊ hij q̄ adūſa eis moliunt̄· ſicut a ſanctis pr̄ibꝫ dudum ſtatutum ē· etiam hodie ſinodali ⁊ apl̄ica auc̄te firmatum· penit9 abiciant̄· ⁊ exilio omnibꝫ ſuis ſibi ſublatis perpetuo tradant̄ ¶ Item pontian9 ſancte ⁊ vniūſalis eccīe ep̄us· Qui non pn̄t eē accuſatores vel teſtes

Suſpectos ā inimicos ā facile litigantes ⁊ eos q̄ non ſunt bone conuerſationis· ā quoꝝ vita eſt accuſabilis ⁊ q̄ rectaz non tenent fidem et docent accuſatores eſſe ⁊ teſtes anteceſſores nr̄i apl̄i ꝓhibuerūt· ⁊ nos eorum auc̄te ſubmouem9 atqꝫ temporibꝫ futuris excludim9 ¶ Itez euſebi9 ep̄s galliaꝝ· Ab accuſacionibꝫ clericoꝝ repellunt̄ quos leges ſeculi non admittunt

De accuſacōnibꝫ clericoꝝ ſup q̄bꝫ mandaſtis ſcitote a tpe apl̄oruꝫ in hac ſancta vrbe ſuatum eſſe accuſatores ⁊ accuſationes q̄s exteraꝝ oſuetudinū leges non aſciſcunt a clericoꝝ accuſacōe ſūmotas · ⁊ infra·

